



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. III. De Examine particulare diversarum Classum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

possunt : ut de animi promptitudine ad serviendum Deo ubique , & in re quavis , de manifestatione conscientiae futuris temporibus , de indifferentia ad Gradum Societatis , ad quam indifferentiam omnes omnino obligari se intelligent quarto quodam voto in formula Votorum communi per illa verba *promitto eandem Societatem me ingressurum* , ut scilicet Gradum Coadjutoris Formati , vel Professi recipiant , prout Generalis Praepositus judicaverit .

r C. 5. D. 5.

& 7. & 50. §.

1. & C. 7. D.

32. 39. & In.

ad Sup. c. 6.

### SECTIO III.

#### *De examine particulari diversarum Classium.*

*Examen Scho-* I. *lasticorum.*

**Q**ui vero ad studia literarum aptus creditur , interrogetur praeterea , an velit se duci sinere circa eorum materiam , modum , & tempus ; an , si habuerit opiniones discrepantes a communi Ecclesiae sensu , eas dimittere , & sentire cum Societate paratus sit ; an , si minimè idoneus censeatur ut proficiat in literis , eo quod ingenio , vel sanitate corporis destituatur , vel aliis defectibus laboret , latus sit , se a Societate dimitti , solutum

scir

scilicet omni voto ac promissione. Non propterea tamen dimittendi passim sunt, qui post Biennii vota utcumque inepti deprehenduntur, sed quatenus explicabitur infra Part. 4. c. 7. Sect. 2. §. 6. Deinde qui literis operam dederunt, specimen earum in singulis facultatibus, quas didicerunt, præbeant coram designatis à Superiore, & postea Exhortationem unam quisque faciet.

2. Si quis verò examinatus fuerit, ut sit Coadjutor Spiritualis, intelligat sic vacare se debere rebus Spiritualibus sui Status, ut in posterum nullo pacto alium Gradum procurare possit. At à Coadjutore Temporali petatur, an contentus sit futurus in officiis, ac ministeriis abjectis, cuiuscumque rationis illa sint, paratus ad vitam omnem in eis exigendam; sibi persuadendo quod ea in re obsequium, & laudem præstat suo Creatori & Domino. Et hi quidem, quamvis pro ipsorum captu, in propria vocatione plenè instituendi sunt: poterunt tamen tempore aliquo exercitio corporali, aut labore manuum occupari, sejuncti tamen ab aliis.

3. Si qui admissi sunt in Indifferentium classem, hi potissimum admonendi, quod nullum

s. Ex. c. 7. §.

3. & P. 4. c.

c. §. 15. N.

& C. 4. D. 67.

& C. 5. D. 50.

t Ex. c. 5. §. 6.

& P. 5. c. 4.

§. 5. & C. 4.

D. 67. & R.

M. Nov. 22.

u Ex. c. 6. §. 5

x Ex. c. 6. §.

3. 4. & 6. 7.

& R. M. N.

21. & Instr. 6.

§. 4.

Examen Indif-

fentium.

C 3 nullo

nullo tempore , neque ulla ratione debente tentare ullo pacto potius hunc , quām illum Gradum in Societate , sed omnēm sui ipsius curam Societati , vel Superiori ejus relinquere , ut dictum est supra . y

y Ex.c.5. §. 8.  
&c. 8.

#### *S E C T I O I V.*

##### *De aliis post Examen præstandis.*

*Exercitia Spir-  
itualia & mani-  
festatio conscien-  
tiae.*

I. **I**N his autem omnibus proponendis & declarandis paulatim procedatur ; ut qui examinatur , res omnes nostri Instituti , juxta suum Gradum , bene percipiat , ad suam majorem satisfactionem & stabilitatem . Tum si antequam admittetur in Societatem spiritualia exercitia non fecit , hoc primum Experimentum aggreditur ; & juxta Exercitia suo tempore generaliter confiteatur ; nisi ante ingressum fuerit alicui de Societate generaliter confessus : tunc enim satis erit si ab eo tempore generalem confessionem incipiat ; & eodem tempore conscientiam suam Superiori aperiat , aut intra aliquot menses , ( si Superiori differendum videtur ) eidem , aut alii per eum delegato , totius vitæ rationem integrum , vel certè rerum majoris momenti reddendo : & si ab aliqua censura , virtute nostrorum privilegiorum , abso-